

IACOBI
GRETSERI
SOCIETATIS
IESV
INSTITVTIONVM
LINGVÆ GRÆCÆ.

LIBER SECVNDVS.

DE RECTA PARTIVM
orationis constructione.

PRO SCHOLA HVMANITATIS.



PARISIIS,
Apud IOANNEM LIBERT, via Diui Ioan-
nis Lateranensis.

M. DCIX.

Cum Præuilegio Regis.




AD LECTOREM.



SECUNDVS hic liber, amice Lector, sicut & primus, dedita opera, paulo copiosior est, & verbis & rebus: illud quidem, ut vitetur obscuritas, quæ non raro in libros irrepit, magno inuentus detrimento, cum sermonis parcius auctor sententiam suam potius innuit, quam exprimit: hoc verò, ut nihil vel certe perparum eorum desideratur, quæ iure exigas à Syntaxi: cuius est communes quasdam & generales præceptiones partium orationis rectè inter se connectendarum præscribere, non interiores linguæ delicias & diuitias prosequi, quas frustra est, (quisquis existimat) vnius libelli angustiis finibus circumscribi posse.

Adiunximus autem passim annotatiunculas in gratiam prouectiorum, tanquam complementum & auctarium regularum, ex quibus eruditus magister auditoribus suis ea proponet & explanabit, quæ maxime videbuntur vitia. Aliquando ostendimus etiam convenientiam & symphoniam Græcæ constructionis cum Latina, quamuis rariùs. Sæpè indicauimus Hellenismos, quos Latini Græcos amulati monumentis suis intexuêrunt. Exempla ex probatis auctoribus plerumque deprompsimus, interdum breuitatis & claritatis causa attulimus propria, quod ante nos non in pauculis, sed ferè in omnibus præceptis fecerunt quidam magni nominis Grammatici. Omnia denique, quantum ratio & institutum ferebant, ad normam & methodum Emmanuelis nostri con-



A

DE CONSTRUCTIONE
INTRANSITIVA
VERBORVM.

CAPVT PRIMVM.



VERBVM personale finiti modi
antecedit Nominatiuus, aperte
vel occultè, eiusdem numeri &
personæ. Apertè, ὁ ἀλάττων δι-
δάσκει. Plato docet. Occultè, πρέ-
χει, currit. παίζει, ludit, subaudi-
tur ἀνθρώπος, homo. ἵππος, equus.
ἔλαφος, ceruus, vel aliud simile.

B

ANNOTATIO.

Subticitur Nominatiuus potissimùm in his, λέγουσι, dicunt. φασι, aiunt. μυθολογοῦσι, fabulantur. εἰώδασι, solent. φιλοῦσι, assolent: & in nonnullis impersonalibus, ἐβρόντησι, tonnit. ἔτραψε, fulgurauit: subintelligitur enim, θεός, ἢ φύσις, Deus vel natura. neque enim natura impersonaliū omnino repugnat, habere ante se tacitè vel expresse rectum, vt docet in sua Syntaxi Emmanuel: quamuis in regula solius verbi personalis mentio fiat.

C

EXCEPTIONES.

I. Verbum personale finiti modi sæpe non exprimi-
tur. Menand. πολλοὺς εἰς μέγιστον ἀνθρώποις κακόν, ἀναρτία
maximum est mortalibus malum.